HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE
BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO
SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. motu

Martes 19.09.2017

## Carta apostólica en forma de Motu Proprio "Summa familiae cura" que instituye el Pontificio Instituto Teológico Juan Pablo II para las Ciencia del Matrimonio y de la Familia

Traducción en lengua latina

Traducción en español (no oficial)

-

-

### Traducción en lengua latina

LITTERAE APOSTOLICAE *MOTU PROPRIO* DATAE
*SUMMA FAMILIAE CURA*

**Quibus
Pontificium Institutum Theologicum
pro Scientiis de Matrimonio et Familia
Sancto Ioanni Paulo II dicatum
constituitur**

FRANCISCUS

*Summa familiae cura* sanctus Ioannes Paulus II animatus, post Coetum Synodi Episcoporum anno MCMLXXX de familia celebratum necnon Adhortatione Apostolica *Familiaris consortio* anno MCMLXXXI exarata, Constitutione apostolica *Magnum Matrimonii Sacramentum* iuridicam formam tribuit Pontificio Instituto Studiorum Matrimonii ac Familiae, apud Pontificiam Universitatem Lateranensem operanti. Ab illo tempore Institutum proficuum opus pervestigationis theologicae et formationis pastoralis tum in Sede praecipua Romae explevit tum in sedibus extra Urbem, adstantibus in omnibus continentibus.

Recentius Ecclesia ulterius iter synodale effecit, in medium considerationis iterum matrimonium et familiam ponens, primum quidem in Coetu extraordinario Synodi Episcoporum anno MMXIV acto de “Provocationibus pastoralibus familiae in contextu evangelizationis”, et deinde in illo ordinario anno MMXV habito de “Vocatione et missione familiae in Ecclesia et in mundo”. Fructum istius intensi itineris constituit Adhortatio apostolica post-synodalis *Amoris laetitia*, die XIX mensis Martii anno MMXVI publici iuris facta.

Hoc tempus synodale Ecclesiam adduxit ad renovatam Evangelii familiae conscientiam novarumque pastoralium provocationum quibus oportet christiana communitas respondeat. Praecipuum familiae locum in itineribus “conversionis pastoralis”[1] nostrarum communitatum nec non “commutationis missionalis Ecclesiae”[2] postulat ut – etiam in provincia formationis academicae – in consideratione de matrimonio familiaque numquam desint prospectus pastorales et sollicitudo de vulneribus humani generis. Si fructuosum altum studium theologiae pastoralis agi non potest neglecto peculiari aspectu ecclesiali familiae,[3] altera ex parte ipse sensus pastoralis Ecclesiae non parum curat pretiosum tributum cogitationis et investigationis quae perscrutantur admodum alte et accurate revelationis veritatem et traditionis fidei sapientiam, ut aptius aetate nostra intellegantur. “Decretorium eventuro pro mundo Ecclesiaque est familiae bonum. […] Salubre est certis rebus vacare, quandoquidem postulationes impulsionesque Spiritus in eventibus historiae animadvertuntur per quos Ecclesia altius perspicere valet inexhaustum mysterium matrimonii ac familiae”.[4]

Mutatio anthropologica et culturalis, quae hodie omnes vitae provincias movet atque interpretationem postulat analyticam et multiplicem, nobis non consentit coërcere nos tantummodo operibus navitatis pastoralis et missionis quae formas et exempla temporis praeteriti referunt. Oportet interpretes simus conscii et ardentes fidei sapientiae in rerum adiunctis in quibus singulae personae structuris socialibus minus quam praeterito tempore sustentantur, earum in affectuum et familiari vita. In claro proposito fidelitatis erga doctrinam Christi oportet igitur inspiciamus hodie familiam, cum intellectu amoris et cum sapienti rerum veritate, tota in eius varietate, in eius lucibus et umbris.[5]

Has ob rationes opportunum cogitavimus novam iuridicam rationem Instituto Ioannis Pauli II tribuere, ut “praevidens intuitio sancti Ioannis Pauli II, quae firmiter hanc academicam voluit institutionem, hodie adhuc melius agnosci et aestimari [possit] sua in fecunditate et actualitate”.[6] Deliberavimus igitur Pontificium Institutum Theologicum pro Scientiis de Matrimonio et Familia instituere, augentes eius rationem inquisitionis, tum quod pertinet ad novas provincias navitatis pastoralis et missionis ecclesialis, tum quod pertinet ad progressiones scientiarum humanarum et culturae anthropologicae in provincia tam praecipua pro vitae cultura.

Art. 1

His Litteris Apostolicis motu proprio datis instituimus *Pontificium Institutum Theologicum pro Scientiis de Matrimonio et Familia sancto Ioanni Paulo II dicatum*, quod, cum Pontificia Universitate Lateranensi coniunctum, in locum subvenit Pontificii Instituti Ioannis Pauli II Studiorum Matrimonii ac Familiae, conditi per Constitutionem Apostolicam *Magnum Matrimonii Sacramentum*, quod idcirco exstinguitur. Attamen necesse est ut primigenia inspiratio, quae exstinctum Pontificium Institutum Studiorum Matrimonii ac Familiae genuerat, novi Instituti Theologici operis ampliorem campum usque fecundet, efficaciter contribuens quo Ecclesiae pastoralis missionis hodiernis necessitatibus plene respondeat.

Art. 2

Novum Institutum Theologicum, inter institutiones pontificias, ad servitium missionis Ecclesiae universalis, erit centrum academicum ad quod est referendum in provincia scientiarum quae pertinent ad matrimonium et familiam necnon quoad argumenta coniuncta cum fundamentali foedere viri et mulieris pro generationis et creati cura.

Art. 3

Peculiaris nexus novi Instituti Theologici cum ministerio et magisterio Sanctae Sedis deinde firmabitur peculiari relatione, quam illud statuet, in modis qui vicissim concordabuntur, cum Congregatione de Institutione Catholica,

cum Dicasterio pro Laicis, Familia et Vita atque cum Pontificia Academia pro Vita.

Art. 4

§1. Pontificium Institutum Theologicum, ita renovatum, aptabit suas structuras instrumentaque necessaria disponet – cathedras, docentes, rationes, ministros administrationis – ad perficiendam missionem scientificam et ecclesialem sibi assignatam.

§2. Auctoritates academicae Instituti Theologici sunt Magnus Cancellarius, Praeses et Consilium Instituti.

§3. Institutum Theologicum pollet facultate conferendi *iure proprio* suis studentibus sequentes gradus: Doctoratum in Scientiis de Matrimonio et Familia; Licentiam in Scientiis de Matrimonio et Familia; Diploma in Scientiis de Matrimonio et Familia.

Art. 5

Quae praesentis Litteris sunt statuta, pressius explicabuntur et definientur propriis Statutis, a Sancta Sede approbatis. Praesertim providebitur ut aptiores modi inveniantur qui cooperationi et comparationi faveant, in provincia didacticae et inquisitionis, inter auctoritates Instituti Theologici atque Pontificiae Universitatis Lateranensis.

Art. 6

Donec nova Statuta approbentur, Institutum Theologicum pro tempore regetur normis hucusque vigentibus Statutorum Pontificii Instituti Ioannis Pauli II Studiorum Matrimonii et Familiae, inclusis ibi structuratione in Sectiones et normis ad eandem pertinentibus, dummodo praesentibus Litteris non obsistant.

Omnia quae his Litteris Apostolicis motu proprio datis consideravimus, iubemus ut cunctis suis in partibus observentur, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus, etiamsi peculiari mentione dignis, atque statuimus ut promulgentur per publicationem in actis diurnis *L'Osservatore Romano*, die ipso promulgationis in vigorem intrando, proindeque *Actis Apostolicae Sedis* inserantur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Septembris, in Festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, anno Domini MMXVII, Pontificatus Nostri quinto.

FRANCISCUS PP.

---

[1] Cfr Adhort. ap. *Evangelii gaudium*, 26-32.

[2] Cfr *ibid.*, cap. I.

[3] Cfr Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, 11.

[4] Adhort. ap. post-synodalis *Amoris laetitia*, 31; cfr Ioannes Paulus II, Adhort. ap. post-synodalis *Familiaris consortio*, 4.

[5] Cfr Adhort. ap. post-synodalis *Amoris laetitia*, 32.

[6] *Sermo ad communitatem academicam Pontificii Instituti Studiorum Matrimonii et Familiae*

(27 Octobris 2016): *L'Osservatore Romano*, 28 Octobris 2016, p. 8.

[01336-LA.01] [Testo originale: Italiano]

[B0612-XX.01]

**Traducción en español (no oficial)**

CARTA APOSTÓLICA EN FORMA DE MOTU PROPRIO

"SUMMA FAMILIAE CURA"

QUE INSTITUYE EL PONTIFICIO INSTITUTO TEOLÓGICO JUAN PABLO II

PARA LAS CIENCIA DEL MATRIMONIO Y DE LA FAMILIA

Animado por la mayor atención a la familia, San Juan Pablo II, como seguimiento del Sínodo de los Obispos de 1980 sobre la familia y de la exhortación apostólica postsinodal *Familiaris Consortio* de 1981, con la Constitución apostólica *Magnum Matrimonii sacramentum* confirió una forma jurídica estable al Pontificio Instituto Juan Pablo II para estudios sobre el Matrimonio y la Familia, que opera en la Universidad Pontificia Lateranense. Desde entonces, éste ha desarrollado un proficuo trabajo de profundización teológica y de formación pastoral tanto en su sede central de Roma, como en las secciones extraurbanas, presentes ya en todos los continentes.

Más recientemente, la Iglesia ha dado un paso ulterior en el camino sinodal poniendo nuevamente en el centro de la atención la realidad del matrimonio y la familia, en primer lugar en la Asamblea extraordinaria de 2014, dedicada a "Los desafíos pastorales de la familia en el contexto de la evangelización" y, después, en la ordinaria de 2015 sobre "La vocación y la misión de la familia en la Iglesia y en el mundo ". La culminación de este intenso recorrido ha sido la Exhortación apostólica post-sinodal *Amoris Laetitia*, publicada el 19 de marzo de 2016.

Esta estación sinodal ha llevado a la Iglesia a una renovada conciencia del Evangelio de la familia y de los nuevos desafíos pastorales a los que la comunidad cristiana está llamada a responder. La centralidad de la familia en los caminos de "conversión pastoral"[1] de nuestras comunidades y de "transformación misionera de la Iglesia"[2] requiere que - incluso en el ámbito de la formación académica - en la reflexión sobre el matrimonio y la familia no falten nunca la perspectiva pastoral y la atención a las heridas de la humanidad. Si no se puede llevar a cabo una fecunda profundización de la teología pastoral sin tener en cuenta el peculiar perfil eclesial de la familia[3], por otro lado, no escapa a la misma solicitud pastoral de la Iglesia el valioso aporte del pensamiento y de la reflexión que indagan, del modo más profundo y riguroso, la verdad de la revelación y la sabiduría de la tradición de la fe, con el fin de su mayor inteligencia en el tiempo presente. "El bien de la familia es decisivo para el futuro del mundo y de la Iglesia. [...]Es sano prestar atención a la realidad concreta, porque «las exigencias y llamadas del Espíritu Santo resuenan también en los acontecimientos mismos de la historia», a través de los cuales «la Iglesia puede ser guiada a una comprensión más profunda del inagotable misterio del matrimonio y de la familia ".[4]
El cambio antropológico y cultural, que influye hoy en todos los aspectos de la vida y requiere un enfoque

analítico y diversificado, no nos permite limitarnos a prácticas de la pastoral y de la misión que reflejan formas y modelos del pasado. Debemos ser intérpretes conscientes y apasionados de la sabiduría de la fe en un contexto en el que los individuos están menos sostenidos que en el pasado por las estructuras sociales, en su vida afectiva y familiar. Con el límpido propósito de permanecer fieles a las enseñanzas de Cristo debemos, por lo tanto, mirar con intelecto de amor y con sabio realismo, la realidad de la familia, hoy, en toda su complejidad, en sus luces y sombras.[5]

Por estas razones he considerado oportuno ofrecer un nuevo marco jurídico al Instituto Juan Pablo II, para que "la intuición clarividente de San Juan Pablo II, que quiso firmemente esta institución académica, hoy [pueda] ser todavía mejor reconocida y apreciada en su fecundidad y actualidad"[6]. Por lo tanto, he tomado la decisión de instituir un Instituto Teológico para Ciencias del Matrimonio y la Familia, ampliando su campo de interés, sea por las nuevas dimensiones de la tarea pastoral y de la misión eclesial, sea en referencia al desarrollo de las ciencias humanas y de la cultura antropológica en un campo tan fundamental para la cultura de la vida.

ART. 1

Con el presente Motu Proprio instituyo el *Pontificio Instituto Teológico Juan Pablo II para Ciencias del Matrimonio y la Familia,* que, vinculada a la Pontificia Universidad Lateranense, suceda, sustituyéndolo al *Pontificio Instituto Juan Pablo II para estudios sobre el Matrimonio y la Familia*, establecido por la Constitución apostólica *Magnum Matrimonii sacramentum*, que por lo tanto cesa. Será debido, sin embargo, que la inspiración original que dio origen al cesado Instituto para Estudios sobre el Matrimonio y la Familia siga fecundando el campo más amplio de compromiso del nuevo Instituto Teológico, contribuyendo eficazmente a que sea plenamente compatible con las exigencias actuales de la misión pastoral de la Iglesia .

ART. 2

El nuevo Instituto será, en el contexto de las instituciones pontificias, un centro académico de referencia, al servicio de la misión de la Iglesia universal, en el campo de las ciencias relacionadas con el matrimonio y la familia y respecto a los temas asociados con la alianza fundamental del hombre y de la mujer para el cuidado y la generación de la creación.

ART. 3

La relación especial del nuevo Instituto Teológico con el ministerio y el magisterio de la Santa Sede se verá respaldada además por la relación privilegiada que establecerá, en las formas que serán mutuamente concordadas, con la Congregación para la Educación Católica, el Pontificio Consejo para los Laicos, la Familia y la Vida y con la Pontificia Academia para la Vida.

ART 4

§1. El Pontificio Instituto Teológico, así renovado, adaptará sus estructuras y dispondrá de las herramientas necesarias - cátedras, profesores, programas, personal administrativo - para realizar la misión científica y eclesial que se le asigna.

§2. Las autoridades académicas del Instituto Teológico son el Gran Canciller, el Presidente y cl Consejo del Instituto.

§3. El Instituto Teológico tiene la facultad de conferir *iure proprio* a sus alumnos los siguientes títulos académicos: Doctorado en Ciencias sobre el Matrimonio y la Familia; la Licencia en Ciencias sobre el

Matrimonio y la Familia; el Diploma en Ciencias sobre el Matrimonio y la Familia.

ART. 5

Lo que establece el presente Motu proprio será profundizado y definido en sus propios estatutos aprobados por la Santa Sede. En particular, se identificarán las formas más adecuadas para promover la cooperación y la confrontación, en los ámbitos de la enseñanza y la investigación, entre las autoridades del Instituto Teológico y las de la Pontificia Universidad Lateranense.

ART. 6

Hasta la aprobación de los nuevos Estatutos, el Instituto Teológico se regirá temporalmente por las normas estatutarias hasta ahora vigentes en el Instituto Juan Pablo II para Estudios sobre el Matrimonio y la Familia, comprendidas la estructuración en secciones y las respectivas normas, en la medida en que no se opongan al presente Motu proprio.

Todo lo deliberado con esta Carta apostólica en forma de Motu proprio, ordeno que se observe en todas sus partes, a pesar de cualquier disposición en contrario, aunque digna de mención especial, y establezco que sea promulgado mediante la publicación en el diario *L'Osservatore Romano,* entrando en vigor el día de la promulgación, y que se inserte sucesivamente *en Acta Apostolicae Sedis.*

Dado en Roma, junto a San Pedro, el 8 de septiembre, fiesta de la Natividad de la Virgen María del año 2017, quinto de nuestro Pontificado

[1] Cfr Exhort.ap Evangelii gaudium, 26-32.

[2] Cfr Ibd, cap I.

[3] Cfr. CONC.ECUM.VAT II, Cost.dogm. *Lumen Gentium,* 11

[4] Exhort. Apo.postsin. *Amoris laetitia*, 31; cfr Juan Pablo II Exhort. Apo.postsin. *Familiaris consortio* 4

[5] Cfr, Exhort. Apo.postsin. *Amoris laetitia*, 32

[6] *Discurso a la comunidad académica del Pontificio Instituto Juan Pablo II de Estudios sobre Matrimonio y Familia, 27 octubre 2016 L'Osservatore Romano*, 28 de octubre 2016 p.8